

Vicarii Apostolici in Bosna, sequens casus liquido demonstrat. Post mortem episcopi Tonchi⁶⁵ nominavit imperator pro episcopo bosnensi fr. Thomam Marnavić. Hic statim se contulit in propriam dioecesim vivo adhuc Vicario Apostolico; deinde eidem omnem actum jurisdictionis in sua dioecesi interdixit. Hoc autem ipsa S. Congregatio approbavit a. 1639.⁶⁶ Erant ergo Vicarii Apostolici veri administratores cum charactere episcopali in casu vacantiae sedis episcopalibus, vel absentiae episcopi.

Praeterea, mortuo Marnavić a. 1645 in episcopum eligitur fr. Marianus Maravić, idque primo ut administrator Bosnae, episcopus vero ordinarius Dumni (Hercegovina), postea transfertur ad sedem bosnensem.⁶⁷ Hoc mortuo a. 1660, sedes vacavit usque ad annum 1669, quo nominatus est in episcopum fr. Nicolaus Ogramić (Plumbensis seu Olovčić). Cum hic a. 1687 sedem Đakovo fixerit, remansit Bosna sine episcopo usque ad novum Vicarium Apostolicum.

His praemissis jam possumus quaedam dicere de natura institutionis Vicariatus Apostolici in Bosna, necnon ejus speciali nota differenti ab aliis Vicariatibus Apostolicis.

Franciscani id petunt quod prius moris erat apud eos, proprium, scilicet episcopum vel administratorem, qui populo invigilare, confirmationem dare et clericos ordinare posset. S. Congregatio providere intendit sicut hucusque mos erat, ideo inquirit in archivio: »Essendosi però riassunto da registri di questo archivio le memorie de provvedimenti dati ne passati tempi fù riconosciuto, che i suddetti cattolici sono stati talvolta provisti di vescovi propri, talvolta raccomandati al viciniore e tal altra volta dati in cura a Vi-

⁶⁵ Mortuus est 1. IV. 1637. Cfr. Premrou, o. c. 352, nota 3.

⁶⁶ »Questo (i. e. Marnavić episcopus) supponendo d'esser stato canonicamente provisto, domandò che cessasse ogni giurisdizione a Mons. di Drivasto (i. e. Vicarius Apostolicus inibi a Propaganda missus), il quale opponendosi a ciò con diversi motivi, fù da questa Sagra Congregazione pronunciato a favor del primo nel 1639«. Archivum Prop., Acta, 1722, v. 92, f. 209 ss.; cfr. et Fermendžin, Acta Bosnae 432, nn. 1334, 1335.

⁶⁷ Mandić, Duvanjska biskupija, 61—62.